0251-0253- SS Cornelius - Decretum de Translatione Corporum Apostolorum

O93, f. 20vb; N442, f. 47va; V630, f. 49rb; <I83, f. 101vb; VD38, f. 94va; SG670, p. 196b; P9629, f. 24r

INCIPIUNT[1] DECRETA CORNELII PAPAE DE TRANSLATIONE CORPORUM APOSTOLORUM ET QUIBUSDAM HERETICIS. <N442, f. 47vb> <I83, f. 102ra> <SG670, p. 197a>

Carissimis atque dilectis<VD38, f. 94vb>simis sanctae dei ecclesiae filiis et omnibus domino recta fide famulantibus[2] Cornelius episcopus.

Fidens[3] caritatis[4] vestrae benivolentia[5], quia[6] apostolorum[7] amatores estis eorumque fidem et doctrinam tenetis, decrevi[8] vobis scribere deo auc<V630, f. 49va>tore[9] quaedam ex[10] his, quae nunc temporis necessaria[11] sunt sciri, et quae apud nos in ecclesia auxiliante domino Romana meritis apostolorum nuper[12] acta sunt sive geruntur[13], quoniam patrocinante[14] caritate credo vos paterna gratia scripta sedis apostolicae libenter suscipere et mandata eius peragere atque de eius profectibus gratulari[15], quia, quisquis[16] se[17] in radice[18] caritatis[19] inserit, nec a viriditate[20] deficit nec a fructibus inanescit[21], nec amore fecunditatis opus efficax[22] [23] amittit[24] [25]. Ipsa enim[26] caritas exercet[27] corda fidelium, sensus corroborat, ut nihil gra<SG670, p. 197b>ve, nihil difficile, sed fiat totum dulce, <VD38, f. 95ra> quod agitur, dum eius[28] sit proprium nutrire concordiam, servare mandata atque compaga[29] dissociata[30] coniungere, prava dirigere et ceteras virtutes <I83, f. 102rb> perfectionis suae munimine solidare.
Quapropter[31] rogo vos nobis congratulari, quia rogatu cuiusdam devotae feminae atque nobilissimae matronae Lucinae levata sunt corpora apostolorum Petri et Pauli de catacumbis, et primo quidem beati Pauli corpus levatum[32] silentio ac positum est in praedio[33] praedictae matronae via Ostensi[34] ad latus[35], ubi decollatus est. Postea vero beati apostolorum principis Petri accepimus corpus et condecenter posuimus illud iuxta locum, ubi crucifixus[36] est inter corpora sanctorum episcoporum[37] in templo Apollinis, in monte Aureo in Vaticanum[38], palatii Neroniani[39] tertio[40] Kalendarum Iuliarum[41] die, orantes deum et dominum nostrum[42] Iesum Christum, ut intercedentibus sanctis suis apostolis <SG670, p. 198a> maculas vestrorum purget peccatorum et in sua vos conservet voluntate diebus vitae vestrae et in fructu boni <VD38, f. 95rb> operis vos[43] perseverabiles reddat. Vos vero his congaudete, quia et ipsi sancti apostoli de vestro congratulantur gaudio. Vos semper deum laudate, ut[44] ipse glorificetur in vobis[45]. Scriptum est enim: Quid retribuam domino pro omnibus, quae retribuit mihi? Calicem salutaris accipiam et nomen domini invocabo. <I83, f. 102va> Tantum[46] enim[47] a nobis exigitur[48], quantum[49] possumus famulatus nostri obsequio[50] commodare[51]. Unde quidem tanto nos[52] necesse est importunis[53] praedicationibus[54] insistere, quanto nobis perfectae negotiationis creditur duplicata[55] talentorum assignatio[56] atque dominicae vocis ad suscipiendam eius requiem suadet[57] [58] asser<V630, f. 49vb>tio[59].
Haec[60] invidens antiquus[61] hostis suscitavit nobis adversarium Novatum rectae fidei et sanctae doctrinae aemulum[62], <N442, f. 48ra> qui extra ecclesiam ordinavit[63] Novatianum et in Africa Nicostratum[64] utrosque hereticos, sicut ille erat. Hi <SG670, p. 198b> vero[65] conatibus, quibus potuerunt, multos a recta et catholica fide suadentes recedere fecerunt et post se in[66] perversam et deo odibilem <VD38, f. 95va> doctrinam[67] corruere persuaserunt. Sed sicut istorum[68] tergiversationibus[69] [70] nimis sumus[71] contristati et de eorum perditione contriti[72], sic[73] aliorum conversatione[74] domino auxiliante sumus laetificati. Deus autem omnipotens, qui tristibus[75] miscet laeta, oppido[76] <O93, f. 21ra> nos laetificavit, quod quidam confessores, qui dudum[77] fuerant fideles[78], a nobis et a recta fide diabolo instigante[79] se[80] separantes cum Maximo presbytero, ad ecclesiam catholicam et fidem rectam sunt reversi <I83, f. 102vb> et denuo, sicut prius[81] fuerunt, facti sunt confessores fideles.
Quapropter, carissimi, hortamur vos et deprecamur per dominum[82] nostrum Iesum Christum, ut et praedictos hereticos et omnes, quos a recta fide et doctrina apostatare[83] [84] cognoveritis[85], exhortationibus et bonis[86] studiis vestris ad catholicam fidem et rectam doctrinam convertere[87] contendite[88] [89] et in dei voluntate persistere suadete[90] [91], et non solum[92] hos, sed omnes, qui nondum fidem rectam perceperunt[93], ad catholicam fidem adducere[94] festinate[95], quia neque mors neque vita neque angeli neque principatus neque <SG670, p. 199a> instantia[96] <VD38, f. 95vb> neque futura neque fortitudo neque altitudo neque[97] profundum neque creatura alia magistro gentium docente poterit nos separare a caritate domini nostri Iesu Christi et, quae in ipso est, recta fide. Nolite itaque amittere[98] [99] confidentiam vestram, quae magnam habet remunerationem. Patientia enim nobis necessaria est ad colluctationes[100] [101] adversariorum[102], quatenus fidem intemeratam[103] usque in finem[104] conservantes repromissionem percipiamus, quam repro<I83, f. 103ra>misit[105] his, qui legitime certare deproperant[106] [107]. Adhuc enim modicum quantulum[108], qui venturus est, veniet et non tardabit. Ecce enim iudex ante ianuam assistit coronas hilariter[109] promittens his, qui pro eo passionibus submittuntur. Quod si subtraxerit se quis, non placebit animae meae, sed cadet de promissione propter[110] negationem. Nos <V630, f. 50ra> autem non sumus[111] subtractionis[112] in perditionem, sed fidei in acquisitionem animae. <SG670, p. 199b> Propter quod assumite arma dei, ut[113] possitis resistere in die malo adversus omnes inimicos sanctae dei[114] ecclesiae et[115] vestros, et induite vos[116] lo<N442, f. 48rb>rica[117] <VD38, f. 96ra> iustitiae[118] <P9629, f. 24v> calciati[119] pedes in praeparatione evangelii pacis, in omnibus assumentes[120] scutum fidei, in quo possitis omnia iacula nequissimi[121] [122] ignita

exstinguere[123], et galeam salutis accipite et gladium spiritus, quod est verbum dei, per omnem orationem[124] et obsecrationem radicati[125] et fundati in solacio fratrum pro Christo Iesu domino nostro.
Sed et nunc, fratres, commendamus omnes[126] vos domino et verbo gratiae eius, qui potest[127] perficere et dare hereditatem vobis cum omnibus sanctis. Ipse autem deus pacis <I83, f. 103ra> et consolationis[128] [129] det vobis id ipsum sapere in alterutrum[130], ut vobis invicem succurratis et non sitis divisi, ut unanimes[131] uno ore et uno corde honorificemus[132] eum in concordiam[133] et consolationem fratrum, qui potens est confirmare nos secundum evangelium eius iuxta revelationem mysterii[134] [135] [136] aeterni, temporibus scilicet perpetuis, quibus vobis futurorum gaudiorum[137] <SG670, p. 200a> largienda sunt munera. Summopere etiam considerare debetis, quod illi, qui fratribus invident[138] eosque damnare aut perdere cupiunt, pro[139] se[140] sua dogmata destruunt. <VD38, f. 96rb> Dicit enim dominus: Omne regnum in se divisum[141] non stabit[142] et[143] [144] omnis scientia[145] et lex adversum se divisa non stabit. Ideoque[146] necesse est, ut concorditer salubres[147] suscipiatis[148] hortatus et nihil per contentionem[149] agentes, sed ad omne[150] studium devotionis unanimes divinis et apostolicis constitutionibus[151] pareatis[152].

Data VII[153] Idus Sept[154]. Decio et Maximo vv[155]. cc. conss.

O93, f. 21ra; N442, f. 48rb; V630, f. 50ra; I83. f. 103rb; VD38, f. 96rb; SG670, p. 200a; P9629, f. 24v

1 *Überschrift*] EPISTOLA SANCTI CORNELII PAPAE DE TRANSLATIONE APOSTOLORUM ET NOVATO HERETICO MANIFESTATO ET EXHORTATIO NECESSARIA *SG670*
2 *am Rande* servientibus *VD38*
3 Fidens] Fidens de *korr. aus* Fidens *P9629;* Fidens de *I83; SG670*
4 caritati *V630*
5 benivolentia *korr. aus* benivolentio *V630*
6 qua *I83;* qui *SG670*
7 apostolorum amatores *korr. aus* apostolorum *SG670*
8 *am Rande* Statui *VD38*
9 auctore *korr. aus* auctorem *P9629*
10 ex] ex ex *P9629*
11 necessarie *VD38*
12 *am Rande* Moderno tempore *I83*
13 *am Rande* Aguntur *VD38*
14 *am Rande* Adiuvante *VD38*
15 *am Rande* Gaudere *VD38*
16 quisquis] si quis *I83*
17 se in] in se *VD38*
18 radicem *SG670*
19 caritatis *korr. aus* caritis *N442*
20 viriditate *korr. aus* veritate *SG670*
21 *am Rande* Evacuat *VD38*
22 *am Rande* Perfectum *VD38*
23 inefficax *SG670*
24 *am Rande* Evacuat *VD38*
25 admittit *I83; SG670*
26 autem *SG670*
27 *am Rande* Sollicitat *VD38*
28 ei *korr. aus* eis *N442;* ei *I83; SG670;* eius *fehlt VD38*
29 compaga *fehlt V630;* conpagini *korr. aus* conpaga *P9629;* compagini *I83; SG670;* compagi *VD38*
30 sociata *korr. aus* dissociata *P9629;* sociata *SG670*
31 *am Rande* De translatione corporum beatorum apostolorum petri et pauli de catacumbis *V630*
32 levato *P9629*
33 praesidio *I83*
34 ostiensi *SG670*
35 litus *I83*
36 crucifixus *korr. aus* crucixus *VD38*
37 episcoporum *korr. aus* apostolorum *SG670*
38 vaticano *I83; VD38; SG670*
39 neronis *V630*
40 III *korr. aus* IIII *SG670*
41 Iuliarum *fehlt I83*
42 nostrum *fehlt P9629*

43 vos *korr. aus* vobis *V630*
44 et *I83*
45 vobis *korr. aus* nobis *P9629*
46 Tanto *I83*
47 enim *fehlt I83; SG670*
48 *am Rande* Requiritur *VD38*
49 quantum *korr. aus* quatum *P9629*
50 *am Rande* servitio *VD38*
51 commendare *V630; P9629*
52 nobis *I83*
53 *am Rande* Importune est non suave non delectabiles quando auditores non delectantur audire *VD38*
54 praedicationibus *korr. aus* praedicationis *O93*
55 duplicata] duplicatio et *I83; SG670*
56 *am Rande* Ostensio praesentatio *VD38*
57 *am Rande* Blanditur *VD38*
58 suadit *O93; I83*
59 *am Rande* Affirmatio *VD38*
60 *am Rande* De novato et novatiano *V630*
61 antiquus *korr. aus* anquus *N442*
62 *am Rande* adversarium *VD38*
63 ordinavit] ordinavit hic *korr. aus* ordinavit *SG670*
64 nicostratum *korr. aus* niostratum *P9629*
65 vero *fehlt SG670*
66 in perversam] imperversam *VD38*
67 doctrinae *P9629*
68 istorum *korr. aus* ista *P9629*
69 *am Rande* Calliditatibus fallatiis *VD38*
70 tergiversationes *korr. aus* tergiversationis *V630*
71 sumus *fehlt P9629*
72 *am Rande* afflicti *VD38*
73 sic] sic de *N442*
74 conversione *V630; P9629;* conversione *korr. aus* conversatione *N442; SG670*
75 tristis *O93*
76 *am Rande* valde *VD38*
77 *am Rande* ante *VD38*
78 fideles *fehlt SG670*
79 *am Rande* Irritante Incitante Persuadente *VD38*
80 se separantes] separati *korr. aus* sese parentes *SG670*
81 priis *O93*
82 dominum nostrum *korr. aus* dominum *P9629*
83 *am Rande* Recedere *VD38*
84 apostatare cognoveritis *korr. aus* apostata recognoveritis *KV630*
85 cognoveritis] cognoveritis et *SG670*
86 bonis *korr. aus* boni *SG670*
87 convertere *korr. aus* vertere *N442*
88 *am Rande* Decertate Laborate *VD38*
89 contendite *korr. aus* condite *O93;* contendite *fehlt SG670*
90 *am Rande* Cohortamini *VD38*
91 suadere *I83;* suadeatis *korr. aus* suadete *SG670*
92 solum hos *korr. aus* solum *VD38*
93 perfecerunt *I83*
94 perducere *I83; VD38; SG670*
95 festinetis *korr. aus* festinate *SG670*
96 instantia neque futura *korr. aus* instantia *SG670*
97 neque] neque in *SG670*
98 *am Rande* perdere *VD38*
99 amittere *korr. aus* mittere *VD38*
100 *am Rande* pugnas certamina *VD38*
101 conluctationēs *P9629*
102 adversariorum *korr. aus* adversoriorum *SG670*

103 *am Rande* Incorruptam *VD38*
104 finem *korr. aus* fidem *V630;* fidem *I83*
105 repromisit] promisit *P9629;* repromisit deus *SG670*
106 *am Rande* festinant *VD38*
107 properant *VD38*
108 aliquantulum *korr. aus* quantulum *V630;* aliquantulum *SG670*
109 *am Rande* Gaudenter *VD38*
110 propter *korr aus* popter *N442*
111 sumus] sumus auctores *korr. aus* sumus *SG670*
112 subtractionis] subtractionis filii *korr. aus* subtractionis *VD38*
113 ut possitis resistere in die malo *fehlt SG670*
114 dei *fehlt V630*
115 et vestros] vestrosque *VD38*
116 vos *fehlt P9629*
117 loricam *SG670*
118 iustitiae] iustitiae et *P9629*; iustitiae *korr. aus* iustititiae *N442*
119 calciati] et calciate *V630*
120 adsumentes *korr. aus* sumentes *P9629*
121 *am Rande* Diaboli *VD38*
122 nequissimi *korr. aus* nequissima *SG670*
123 extinextinguere *P9629*
124 rationem *SG670*
125 *am Rande* Fundati *VD38*
126 omnes vos] vos omnes *korr. aus* omnes *VD38;* vos omnes *SG670*
127 potes *P9629*
128 *am Rande* auxilium *VD38*
129 solatii *VD38*
130 *am Rande* In invicem *VD38*
131 unanimes *korr. aus* uni animes *V630*
132 honorificetis *V630*
133 concordiam et consolationem] concordia et in consolatione *VD38;* concordia et consolatione *SG670*
134 mysterii *korr. aus* mysteria *SG670*
135 ministeria *P9629*
136 mysterii aeterni] aeterni mysterii *V630*
137 gaudiorum *korr. aus* gaudiorum largienda sunt munera *SG670*
138 invidunt *O93; I83*
139 proprio *SG670*
140 se sua] sensu *I83; SG670*
141 divisum *korr. aus* visum *P9629*
142 stabit, omnis scientia et lex adversum se divisa non stabit] stabit et omnis scientia et lex adversum se divisa non stabit *korr aus* stabit *VD38*
143 et *fehlt N442*
144 et omnis scientia et lex adversum se divisa non stabit *fehlt V630*
145 scientia *korr. aus* conscientia *SG670*
146 Ideo *SG670*
147 *am Rande* sanos *VD38*
148 suscipiatis *korr. aus* suscipias *V630*
149 contentionem *korr. aus* contionem *N442*
150 omne *korr. aus* omnes *V630;* omnes *I83*
151 *am Rande* Decretis Preceptis *VD38*
152 paratus *P9629;* pareatis *korr. aus* pariatis *N442*
153 VIII *SG670*
154 febr. *N442*
155 vv. cc. conss] v. cc. ss. *SG670*